

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum epicheia sit pars iustitiæ? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

Ad tertium dicendum, quod interpretatio locum
habet in dubijs, in quibus non licet absque determi-
natione principis à verbis legis recedere. Sed in ma-
nifestis non est opus interpretatione, sed executione.

ARTIC. II.

Vtrum epikria sit pars iustitiae?

608

Sup. 4. 80
ar. unico
ad 5. et 3
dif. 33. 9.
3. ar 4. 9.
§. con. 5.
ad 5. 6.
5. Ethic.
lett. 16.
* 4. 5. 8. a.
5. 6. & 7.

* lib. 2. de
Inuent. i
fol. 4. an-
se pñ. lib.

† c. 10. &
me. 10. 5.
* quas. 48

A D secundum sic proceditur. Videtur, quod epi-
kria non sit pars iustitiae. Ut enim ex supra dictis
pateat *, duplex est iustitia: una particularis, alia lega-
lis. Sed epikria non est pars iustitiae particularis: quia
se extendit ad omnes virtutes, sicut & iustitia lega-
lis. Similiter etiam non est pars iustitiae legalis: quia
operator præter id quod lege positum est. Ergo vide-
derur, quod epikria non sit pars iustitiae.

¶ 2 Præterea, Virtus principalior non assignatur
virtuti minus principali ut pars. Cardinalibus enim
virtutibus quali principalibus, assignantur secundariz
virtutes ut partes. Sed epikria videtur esse principi-
alior virtus quam iustitia, ut ipsum nomen sonat: dici-
tur enim ab epi, quod est suprà, & dikaios quod est
iustum. Ergo epikria non est pars iustitiae.

¶ 3 Præterea, Videtur quod epikria sit idem
quod modestia. Nam ubi Apostolus ad Philip. 4. dicit,
Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: in Gra-
co habetur, epikria. Sed secundum Tullium *, mode-
stia est pars temperantiae. Ergo epikria non est pars
iustitiae.

SE D contra est, quod Philosoph. † dicit in 5. Ethic.
quod epikria est quoddam iustum.
RESPONDEO dicendum, quod sicut suprà di-
cuntur est *, virtus aliqua triplicem habet partem, sci-
licet partem subiectiuam, partem integralem, & par-
tem potentialem. Pars autem subiectiva est, de qua
essentialiter prædicatur torum, & est minus. Quod
quidem contingit dupliceiter. Quandoque enim ali-
iquid prædicatur de pluribus secundum unam ratio-
nem: sicut animal de equo & bove. Quandoque au-
tem prædicatur secundum prius, & posterius: sicut

ens

QVÆST. CXX. ART. II. 675
ens prædicatur de substantia, & accidente. Epikria.
ergo est pars iustitiae communiter dicta, tamquam
iustitia quedam existens, ut Philoso. dicit in * 5. Eth. * 6. 10. 2. 5
Vnde patet, quod epikria est pars subiectiva iustitiae.
Et de ea iustitia dicitur per prius quam de legali.
Nam legalis iustitia dirigitur secundum epikriam.
Vnde epikria est quasi superior regula humanorum
actuum.

Ad primum ergo dicendum, quod epikria corre-
spondet propriæ iustitiae legali, & quodammodo con-
tinetur sub ea, & quodammodo excedit eam. Si enim
iustitia legalis dicatur, quæ obtemperat legi, sive
quantum ad verba legis, sive quantum ad intentio-
nem legislatoris, quæ potior est: sic epikria est pars
potior legalis iustitiae. Si vero iustitia legalis dicatur
solum, quæ obtemperat legi secundum verba legis,
sic epikria non est pars legalis iustitiae: sed est pars
iusticia communiter dictæ, diuisa contra iustitiam le-
galem, sicut excedens ipsam.

Ad secundum dicendum, quod sicut Philosophus
dicit in 5. * Ethic. epikria est melior quadam iustitia, Ibid.
scilicet legali, quæ obseruat verba legis. Quia tamen
& ipsa est iustitia quedam, non est melior omni iu-
stitia.

Ad tertium dicendum, quod ad epikriam pertinet
aliquid moderari, scilicet obseruantiam verborum
legis. Sed modestia quæ ponitur pars temperantiae,
moderatur exteriorem hominis vitam: puta, in-
cessu vel habitu, vel alijs huiusmodi. Potest ta-
men esse, quod nomen epikria apud Græcos per
quandam similitudinem transferatur ad omnes mo-
derationes.

QVÆST. CXXI.

De Pietate, in duos articulos diuisa.

D Einde considerandum est de dono correspon-
dente iustitiae, scilicet de pietate.

¶ Et circa hoc queruntur duo.

¶ Primo, vtrum sit donum Spiritus sancti?

V R 2 ¶ Sc.